

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6715

Autre(s) référence(s) : Round 681

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Silly-en-Gouffern, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1157]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation à Notre-Dame de Gouffern (abbaye de Silli).

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Stapleton Thomas, *Magni Rotuli scaccarii Normanniae sub regibus Angliae*, Londres, Soc. antiq. Londinensis, 1840-1844, 2 vol., t. 1, p. LXXXIX.
- b. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 8, p. 3.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XXXI, t. 1, p. 131-132.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 681.

Dissertation critique

« 1156 ou 1157 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 131.

Texte établi d'après c

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, et nominatim illis de Argentomo, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse in perpetuum elemosinam Deo et Sancte Marie de Guffer, et domino Drogoni ejusdem loci fondatori, et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus, illam vastam terram que est inter magnam forestam et aquam Ure, et inter Mesos Willelmi et vadum Arenarii, pro anima Henrici regis avi mei, Gaufridi comitis Andegavie patris mei, necnon et pro salute domine imperatricis matris mee et mea, liberam et quietam ab omni consuetudine, et in predicta foresta erbagium et pasnagium ad propria animalia sua et mortuum boscum ad

ardendum et viride ad domos et edificia sua facienda, et vendere et emere in omnibus villis et castris meis libere et quiete ; et propter hoc dedi eis et concessi totum redditum omnium bigrorum quos ibi habebam, ut eum amodo eis reddant sicut michi reddere solebant. Dedi etiam eis et concessi hoc quod habebam in dominico ex utraque parte aque a Meso Willelmi usque ad domum Roberti filii Udonis et usque ad spineta de Veizuro ex alia parte aque. Dedi etiam eis et concessi apud Argentomum terram et domum Columbelli et terram Sancti Leonardi de Goffer quam domina imperatrix mater mea emit de monachis Sancti Petri desuper Divam, sicut eorum carta testatur. Quare volo et firmiter precipio quod ita bene et in pace et libere et quiete et honorifice et plenarie in omnibus hec omnia supradicta habeant et teneant, sicut aliqui elemosinas suas melius et liberius et quietius et plenarius tenent.

Testibus : Matilde imperatrice matre regis, et Thoma cancellario, et Gaufrido et Willelmo fratribus regis, et Huberto de Vallibus, et Huberto de Helyun.

Apud Rothomagum.